

§. 33. 34. 35. *Inst. de act.* Bach. 1. de *Act.* 30. & 4. seqq.  
*Causa petendi* quotuplex sit & quæ in *actione Reali* quæ in *Personali* sit exprimenda dixi *supra c. 2. num. 7.*

Quæ autem qualitates in impetratione Rescriptorum gratiæ vel justitiæ exprimendæ.

*vid. Menoch. de A. I. Q. lib. 2. Cent. 3. c. 201. & seq.*

Et quæ in impetratione legitimationis filii, dispensationis matrimonii, salvi conductus, gratiæ à poena perpetrati criminis *etiam Menoch. d. l. c. 203.*

N. IV.

Cæterum *Narratio* necessum est ut sit brevis & compendiosa, & cavendum sedulo, ne ea quæ jam perorata sunt, resuscitet.

*l. ult. §. 1. C. de appellat.*

Observandum item *Narrationem* poni loco minoris propositionis.

*Wes. supr. cit. loc. Treut. d. l. in exeg. lit. C.*

Quin & omissa propositione majori euthymematicè concludi posse, v. g. Titius ex mutuo mihi debet centum E. peto illum condemnari

*Bach. 1. de Act. 37. Treut. d. l. lit. D. in exeg.*

N. V.

Tertia libelli pars dicitur *Conclusio* quæ est petitio narrationi subjecta, & syllogismi dicitur *Conclusio*.

*Wes. & Treut. dd. ll.*

Hæc regulat ampliat & determinat totam actionem, & tota vis libelli in ea tanquam in cardine versatur.

*Gail. d. O. 61. num 14.*

Et ex hæc libellus judicandus

*Wurmbserus tit. 9. O. 6.*

Et